

Theses Succinctae Ex Recentiori Theologia Polemica Collectae, Qvas Vi Statutorum Ecclesiasticorum Ducatus Meclenburgici

Rostochii: Wepling, 1714

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842136940>

Druck Freier  Zugang





Fa- 1092(98)

2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.


34
33
26
31
28
27
22
22
22
21
15
16



THESES SUCCINCTÆ
EX
RECENTIORI
THEOLOGIA
POLEMICA

COLLECTÆ

QVAS VI STATUTORUM ECCLESIASTICORUM
DUCATUS MECLENBURGICI
CONSENSU REVER. FACULT. THEOL.
SUB PRÆSIDIO

ALBERTI JOACHIMI
de 
S. S. TH. D. & P. D. P. O. SERENISSIMI
DUCIS MECLENB. REGN. CONSILIARII ECCLES.
ET PER DISTRICTUM MECLENB.
SUPERINTENDENTIS.

ANNO MDCCXIV. D. XXII, SEPT.

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

HORIS LOCOQUE CONSVETIS

AD PUBLICUM COLLOQVIUM EXHIBET

JOHANNES ANDRÆAS Römeling/
ALSHUSANO - BRUNSVICENSIS,
SACRI MINISTERII CANDIDATUS.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

VIRO
PER-ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO
DOMINO,
DN. ANDREAE *Bottlieb*
de *Berensdorf.*

Serenissimo ac Potentissimo Regi Ma-
gnæ Britanniaë & Electori Bruns-
vigo-Luneburgico a Consiliis
status intimis
Hæreditario in *Bartau & Wedendorf. &c.*

Nec non
ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,
DN. JOACHIMO
de *Berensdorf.*

Ejusdem Majestatis Regiæ Ar-
chicubiculario
Hæreditario in *Rutingen & Diederigshagen*
**DOMINIS, PROMOTORIBUS, PA-
TRONIS EVERGETISq; SUIS**
AD CINERES COLENDIS

*Exercitationem hanc Theologicam cum intima appre-
catione omnigenæ salutis humillime offert*
devotissimus Client

JOHANNES ANDREAS Römeling.

Theses succinctæ
Ex
Recentiori Theologia
Polemica,
THES. I.



Um in Academiis

Studioſi Theologiæ ad officia Eccleſiaſtica ſint præparandi; hæc verò abſque omni Philoſophiæ adminiculo commode peragi hæud poſſint, ultro intelligitur, ab illis Collegia Philoſophica quoque frequentanda eſſe; quamvis pro diverſitate officiorum, ad quæ aſpirant, una diſciplina Philoſophica magis quam altera tractanda: Qui vero eandem plane aſpiciantur, non intelligunt, quid vera ſit Philoſophia.

THES. II.

Quamvis jure meritoque à quovis Theologiæ Studioſo reſpiciamus, ut ambulet in timore Domini, qui eſt initium Sapientiæ; quodſi tamen aliquis integrum articulorum fidei nexum ex ſacris literis hauserit, quem etiam ad analogiam fidei proponere & vindicare novit, licet peſſimos multorum mores imitatus fuerit, ita, ut in ſola Theoria acquieſcat, tunc nulli dubitamus aſſerere: Eundem ex Spiritus S. informatione ſuam hauſiſſe notitiam atque ſic veram habere Theologiam, quæ ipſum eo magis inexcusablem & duplici pœna dignum reddet, quia eadem non uſus eſt ad ſui converſionem & æternam animæ ſalutem, Luc. XII, 47.

THES. III.

Etiamſi Theologia pro ſine habeat præxiſſe fidei & pietatis,
X 2 pra-

præcticus tamen habitus esse nequãquam desinit, quoties in sub-
jecto ipso, cui inhæret, hic effectus non obtinetur; sufficit enim,
quod natura ejus & indoles sit hominem ad fidem & vitæ sancti-
moniam perducere: Unde male à nonnullis confunditur fides &
Christianismus cum ipsa Theologia.

THES. IV.

Ptæter Scripturam S. canonicam hodie nullum admittimus
principium. Unde nullum nobis est commercium cum illis,
qui, quoties solida desideratur rerum Sacrarum demonstratio,
vel suam experientiam quotidie crepant, vel immediatas Spiritus
suggestiones blaterant, vel ad novas revelationes & visiones
provocant.

THES. V.

Verbum Divinum in Sacris literis contentum, quod legitur,
proponitur, discitur, pro diverso quidem respectu modo exter-
num modo internum dici potest: Verum Fantasticum est, si quis
essentiale discrimen inter hoc & illud statuatur, aut verbum
externum mortuam vocare literam audeat.

THES. VI.

Quoties impij & irregenti S. S. literas vel legunt vel audi-
unt, & ex illis hauriunt sensum rebus ipsis conformem, toties
habent sensum vere Spiritualem & salutarem, per quem Spiritus
S. ipsos ad verum DEI cultum perducere intendit.

THES. VII.

Ex ipsa Scriptura S. confecti sunt Libri Ecclesiarum
nostrarum Symbolici, qui absque insigni contemptu scripta
mere humana dici non possunt. Errat gravissime, qui libris
hisce errores affingit, & propterea iisdem categorice subscri-
bere detrectat.

THES. VIII.

Qui in omnibus religionibus homines salvari posse
credunt, si modo DEUM timeant & juste agant, non me-
rentur, ut Christianorum nomine insigniantur, siquidem Chri-
sto, qui est unica salutis via per fidem in sanguine suo, sum-
mam inferunt injuriam.

THES.

THES. IX.

Neque nōmine Theologorum digni sunt, qui subor-
tis in Ecclesia motibus, quibus non solum pax & tranquillitas
Ecclesiæ labefactatur, sed etiam præcipua doctrinæ salvi-
fundamenta convelluntur, cum Autoribus istorum motuum vel
arctissimam fovent amicitiam, aut ipsorum deliria, si non ex-
cusant, tamen non rejiciunt.

THES. X.

Cum hodie per DEI gratiam nullus sit defectus librorum
asceticorum ab orthodoxis Theologis orthodoxe conscriptorum,
non video, cur impurorum Mysticorum scripta, aut illa, quæ
à Theologis quondam orthodoxe quidem sentientibus non tamen
satis caute loquentibus consignata, tanto studio præ aliis com-
mendare velimus, nisi simul prodere gestiamus animum nostrum
puriori doctrinæ parum faventem.

THES. XI.

Quodsi quispiam Theologorum de Fanaticorum Scriptis
judicium ferre recusaret, causam allegans, quod illa non legerit,
vel lecta non intellexerit, de illo parum sibi promittere potest
purior Ecclesia, præprimis si talia scripta passim ab auditoribus
legantur & hi judicium Doctoris sui desiderent.

THES. XII.

Qui vel Theologorum contra hæreticos seductores fer-
vorem, vel justas Principum aut Magistratum in eosdem ani-
madversiones, quatenus vel ab officiis publicis remonentur vel
scribendi libertate privantur, vel exilio mulctantur, ferre non
possunt, illi eo ipso abunde significant, quod Indifferentissimo
Religionum portas atque fenestras apertas cupiant.

THES. XIII.

Quemadmodum hactenus Ecclesia JESU Christi per publi-
cam verbi Divini prædicationem & bene ordinatas institutiones
catecheticas insignes habuit accessiones; ita postquam Collegia
Pietatis (quæ rite recteque instituta in & per se nullam merentur
censuram) nimium commendari & frequentari cœperunt, parum

utilitatis in eandem redundavit, potius variâ passa fuit incommoda, unde saniores hoc institutum non adeo deamarunt, ut non ultro ab eodem abstinuerint.

THES. XIV.

Idem judicandum autumo de nimia officii Sacerdotalis Spiritualis, quod omnibus Christianis ex æquo competit, extensione; dum enim homines Laici quicumque potestatem clavium exercendam sibi, unacum publico verbi præconio & Sacramentorum administratione, arrogarunt, & ordinarios Ecclesiæ Ministros contempserunt, haud melior apparuit Ecclesiæ facies, sed in dies magis magisque deformis redditur.

THES. XV.

Doctrinam de Christo, & quicquid ad illam pertinet, quilibet Christianus auro & argento cariorem habet, abhorret tamen nova illa dogmata, quæ tradunt: quod Christus in nobis debeat concipi, nasci, pati, mori, resurgere, & quæ sunt alia: Hæc omnia enim semel tantum facta sunt, non in nobis, sed extra nos; Omnium vero horum actuum & passionum fructus in Christianos dimanat uberrimus, ita ut non tantum virtute illorum homo queat justificari sed etiam ad imaginem DEI renovari.

THES. XVI.

Ho ipso momento quo homo justificandus est, nondum habet opera, unde etiam statuendum, quod justificationis gratia ipsi obtingat ne quidem operibus præsentibus; interim tamen hæc confestim excipiunt justificationem & hoc sensu intelligenda sunt verba Lutheri in præf. super Epist. ad Rom. quando scribit: Es ist ein lebendig/schäftig/thätig/mächtigt Ding um den Stauben/das unmöglich ist / das es nicht ohne Unterlaß solte Gutes wirken. Er fraget auch nicht ob gute Werke zu thun / sondern ehe man fraget/hat er sie gethan/ und ist immer im Thun/2c. 2c. Conf. Philipp. I, II.

THES. XVII.

Homo renatus virtute Spiritus S. reprimere potest præva cordis desideria, ita, ut Stylo Paulino ipse peccatum non faciat

34.
3.
36.
faciet, vel juxta Stylum S. Johannis, non peccet; interim ta-
men quotidiè invenit, cur ipsi opus sit verbis orationis Do-
minicæ dicere: Remitte nobis Pater cœlestis debita nostra,
sicut & nos remittimus debitoribus nostris; præprimis si in-
quirat non tantum in peccata commissionis sed & omissionis.

THES. XVIII.

Summa est hominū Christiano voluptas ambulare in præ-
ceptis Domini, observat quoque illa studiosissime; quamdiu ta-
men in hac mortalitate constitutus est, illa neque perfectè ser-
vare neque implere potest; unde sæpius cum Paulo regenito
conqueritur ex Rom. VII. quod carnalis sub peccatum venun-
datus sit.

THES. XIX.

Circa res adiaphoras, e. g. recreationes per colloquia
cum amicis, obambulationes, saltationes, convivia, ludos &c.
christianus omni cum cura atque circumspeditione sua utitur,
libertate, ne ulla in parte regulas Christianismi & pietatis exce-
dat; minime tamen patitur, ut sibi injiciatur intolerabile ejus-
modi jugum, quale recentiores Pharisei humeris Christiano-
rum imponunt, ac si ab ejusmodi animi ac corporis recreatio-
nibus plane abstinendum sit, nisi ipsius fidei & salutis jacturam
facere velint.

THES. XX.

Innumera ex S. Literis peti possunt argumenta, quæ no-
bis commendant gratiam divinam etiam pertinacissimos pecca-
tores, quamdiu in vitæ hujus via sunt, revocantem, adeo, ut
nemini ante finem hujus vitæ janua gratiæ præclusa dici queat.

THES. XXI.

Quotquot vero usque ad finem vitæ suæ omnem sibi obla-
tam gratiam respuunt atque contemnunt, frustra post mortem
pœnarum justissimarum sibi promittunt terminum, potius sine
omni fine in omnem interminabilem aternitatem ineffabiles
sentient dolores atque cruciatus.

THES.

THES. XXII.

Licet Anti-Christianum & Babelicum in sensu latiori o-
gine id dici queat, quod à doctrina & moribus Christi atque
Christianorum deviat, quo respectu etiam in coetibus Luthera-
norum Anti-Christos existere & multa Babelica inveniri, infici-
as ire haud possumus: Absit tamen ut Ecclesiam Lutheranam
eo sensu Babelem vocemus aut Antichristum, quatenus sub his
titulis strictè acceptis Ecclesia Pontificia passim in Scriptura S.
delineatur, aut hisce locutionibus illimitate de Ecclesia nostra
utamur.

THES. XXIII.

Antichristi Ecclesiastici aut Politici totalem excisionem
ante consummationem hujus seculi sibi promittere, aut etiam
regnum aliquod Christi in his terris per mille annos duraturum,
deletis impiis quibuscunque, expectare, ad judaica pertinet
somnia, qualia genuinos Christi discipulos nulla ex parte refo-
cillare possunt.


Tantum hac vice:

S. D. G.









THES. IX.

hine Theologorum digni sunt, qui subor-
tibus, quibus non solum pax & tranquill-
tatur, sed etiam præcipua doctrinæ salyificæ
luntur, cum Autoribus istorum motuum vel
amicitiam, aut ipsorum deliria, si non ex-
n rejiciunt.

THES. X.

per DEI gratiam nullus sit defectus librorum
odoxis Theologis orthodoxe conscriptorum,
purorum Mysticorum scripta, aut illa, quæ
m orthodoxe quidem sentientibus non tamen
ibus consignata, tanto studio præ aliis com-
nisi simul prode gestiamus animum nostrum
orum faventem.

THES. XI.

piam Theologorum de Fanaticorum Scriptis
saret, causam allegans, quod illa non legerit,
exerit, de illo parum sibi promittere potest
æprimis si talia scripta passim ab auditoribus
cium Doctoris sui desiderent.

THES. XII.

teologorum contra hæreticos seductores fer-
rincipum aut Magistratum in eosdem ani-
atenus vel ab officiis publicis removentur vel
privantur, vel exilio mulstantur, ferre non
o abunde significant, quod Indifferentissimo
atque fenestras apertas cupiant.

THES. XIII.

um hæctenus Ecclesia JESU Christi per publi-
radicationem & bene ordinatas institutiones
es habuit accessiones; ita postquam Collegia
recteque instituta in & per se nullam merentur
commendari & frequentari cœperunt, parum
utili-

X 3

34.
35.
36.